



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christ. Francisci Paullini, Ferrariâ-Thuringi, Rerum Et
Antiquitatum Germanicarum Syntagma**

Paullini, Christian Franz

Francofvrti ad Moenvm, 1698

Jesus! Maria! Benedictvs!

urn:nbn:de:hbz:466:1-44860



JESUS! MARIA! BENEDICTUS!

Disputabile est, num antiqui Comites nostri rectius & convenientius à monte, seu castro, vel burgo templi appellationem suam habeant. Utraque mihi placet. Sive enim *athiopissam* eorum, *insulam* dextrâ tenentem, intueamur, (a) seu *duplicem crucem* transversim positam (b) cum aliis admittamus, res tamen eò recidit, ut cognoscamus, propter specialem devotionem in prima Doringiæ conversione illis hoc nomen & insigne datum fuisse, ad demonstrandum scilicet christianum eorum zelum erga DEUM, Ejusque Sanctos in omnibus laudandos. Ex abisso tenebrarum Majores eorum eduxit DEUS, & luce catholice fidei ex gratia illuminavit. Cujus rei symbolon est *athiopissa*. Quòd, verò dextrâ tenet *insulam*, indicat amorem, liberalitatem, & beneficentiam erga templa & sacerdotes, ita ut etiam castrum, seu residentia eorum dicta sit *Kerchborg*, vel, quòd in *monte* fuerit, *Kerchberg*. Sancta Ecclesia catholica in *monte* posita est. (c) Quam uti nulli ignorare licet, (d) ita manifestum est, Comites hos per DEI gratiam non difficulter conversos fuisse, sed civitatem supra *montem* constitutam, quæ abscondi non potest, Ecclesiam catholicam, Sanctissimam Matrem, citius agnovisse, prædicasse, amasse, & ornasse. Rectè igitur à *templo*, à tabernaculo isto, quod DEUS in Sole posuit, (e) dicti sunt *Templimontani*: à *templo*, quod non est angelorum, seu Archangelorum tantummodò locus, sed regia, & habitaculum, & mansio Sacrosanctæ Trinitatis. Porrò à *Monte*, ut sustollant semper oculos suos ad *montes*, unde auxilium nostrum. Auxilium verò nostrum à Domino, qui fecit cælum & terram. (f) O venerabile & memorabile nomen! nomen super omne nomen aliorum in Provincia nostra nobilium. Nomen DEO, Angelis & hominibus gratum. Vetustatem hujus *templi montis* vel ex eo cognosces, quòd *Wilhelmus* in primis ludis equestribus *Magdeburgi*. AC. DCCCCXXXVIII. unâ cum *Otrone*, *Heinrici* Imp. F., & *Adamus*, seu frater, vel filius illius, *Rosenburgi*

insigne

explicatur

Vetustas
Gentis
238.

(a) Conf. Meibom, chron. Maxienthal. p. 48. & Nürnberg. Wapenbuch P. II. p. 21. & hanc adhuc Fuggeri, ut Comites de Kirchberg, in insigni suo habent. Aut. notit. Procer. Imper. L. VII. c. 3. §. 25. (b) Vid. Bucelin. Genealog. German. notit. p. 149. Wapenbuch cit. P. II. p. 3. Sed Part. I. sub tit. Kirchburg aliud conspicitur insigne, hodie usuratum, conf. Spener. L. I. Oper. Herald. c. 26. p. 211. tab. 8. (c) Matth. V. 14. (d) Vid. August. ep. 170. ad Severin. (e) Pl. XIX. 5. (f) Pl. CXXI. 1.

942.
1009.Burcardi
latus.Heinr.
March. &
Comr. Co-
mit. dis-
fidium.

burgi ad Thubarim AC. DCCCCXLII. & hujus Filius *Embrichtus Trevis*
AC. MLX. (g) institutis, alii in aliis fuerint. Singulos autem è nostratibus fuisse, apud me certum est. Cum *Otto Imp.* magnam curiam haberet in *Wymere*, (h) etiã hunc montem conscendit, & benè tractatus est. *Borghartus*, celebris iste & sanctæ conversationis Monachus *Labacensis*, Ordinis nostri, qui magnum istud *Canonum* Volumen, cum adjutorio Magistri sui, *Olberti*, docti Abbatis, edidit, etiã aliquando cum multis Proceribus hîc fuit, in id in hoc *Monte* parochia *Wormacensis* ei promissa fuit, (i) quam quoque ita fideliter administravit, instauravit, & dotavit, ut nihil supra. Non enim minor aut infeliciof fuit sanctis Fratribus suis, *Annone* & *Hildeboldo*, qui eidem Sedi magnâ pietate & paternâ curâ præfuerunt. Etiã munitum castrum erat, quod sequens docebit historia.

Heinricus de Nlenburg, fuit Marchio de *Mysna*, & senior Dominus, post obitum conjugem suam, *Gertrudem de Brunsvig*, gravidam reliquerat. *Kunradus* verò, Comes de *Wystin*, fundator monasterii in *Lauterberg*, Canon. Regularium, sperans, se futurum esse heredem *Heinrici*, publicè dixit, illam non esse gravidam, sed fraudem, dolum & astum subesse, & nihil præterea. Quod eùm audiret Marchionissa, ex consilio suorum, Nobiles & Ministeriales mortui Mariti ad se convocari jussit. Tunc in loco & sella sublimiori stans, nudam ventrem omnibus circumstantibus commonstravit, eumque à singulis tangi voluit, dicens: *ecce ò mei dilecti & fideles, videte & tangite, an factitium seu fictitium quid subsit, ut mendax rumor per totam viciniam blati. Vestram ego testor fidem, reliqua DEO meo commendabo.* Cùm jam peperisset filiolum, mali & invidi homines rursus dicebant, (quia eadem horâ cocæ uxor ventris sui onus deposuerat, excluso etiã filio,) Marchionissam filiam suam (sic enim mentiebantur) eum filio cocæ commutasse & supposuisse, partum non esse legitimum, contra verò *Kunradum* Comitem heredem *Heinrici* ex asse. Fit igitur, ut, longo post tempore, aliquis Ministerialium, re non bene intellectâ, vel consideratâ, aut non satis æstimatâ, inter privatos sermones eum *Kunrado* Comite jam adulto cognati ejus, *Heinrici* Marchionis, ex improvise, modestè tamen, meminisset: *Heus tu*, ait furiosus Comes, *num cocæ filium pro cognato, seu consanguineo meo reputas? abi ad inferos, ad rotam & ignem.* Perterritus ille cum timore & rubore abiit, & quantum odium & aversionem sibi conciliaverit simplicitas & ignorantia rei, coram amicis suis passim conquestus est lamentabili voce. Nunquam bene seu amicè convenerant Comes & Marchio. Cùm ergo verba ista contumeliola,

(g) Rectius anno 1019. (h) anno 975. Lamb. Schafnab. ad h. 2. (i) Vid. autor. vit. S. Burcard, Episcopi Wormar.

meliosa, quod scilicet traduceretur pro spurio & coci filio, *Heinricus* posthumus toties audivisset, eaque non possit tolerare, injurianti Comiti AC. MCXXXVI. bellum indixit, & captum *Kunradum* in castro *Kerchberg*, utpote loco valde munito, arctius inclusit, & durius habuit *ferreo* *lato* detentum. (k) Paulo post *Heinricus* junior Marchio, si non eodem, tamen sequente anno (l) moritur sine liberis. Quod cum perciperet *Kunradus* in castro, custodibus corporis sui permulta promisit, si eorum juyamine nunc commodè effugere posset. Illi dimittunt captum, futurum Dominum suum. Sic abiit ad *Lotharium* Imp., & per intercessionem Reginae, cognatae suae, *Richse*, (quae *Heinrici*, Comitis de Northeyri filia, soror verò *Heinrici*, mater *Kunradi* erat,) Marchiam in *Mysna* solenniter accepit. Ita tandem hæres ex asse factus est *Heinrici* inimici, potens & magnus Princeps in *Mysna* & *Lusacia*, & Comes de *Wytin*, *Groiz*, *Brene*, *Nienburg*, *Leisnigh*, *Rechelz* &c. genuit ex *Luccarde* sua, Nobilissima *Sveva*, *Friderici* Ducis filia, sex filios totque filias. (m) Sic omnium rerum fit alternatio, & mundus semper rotatur, nosque in eo. Habent Scriptores multa ubivis de Comitibus *Templimontanis*, & de villis, seu oppidis, quæ dicuntur *Kerchberg*. (n) Sed illa omnia nihil ad me, qui, in honorem nostratum in *Doringia*, hæc mea tantum compilabo. (o) A multis autem seculis claruerunt Nobiles Imperii Comites hi nostri *Templimontani*. (p) Antequam *Burggrafi* in *Doringia* facti sunt, fuerunt *Burggrafi* de *Bayerfelde*. (q) Cum verò *Ludovicus* III., *Salii* Filius, à *Lothario* Saxone, socero suo, Princeps, seu *Landgrafus* proclamatus esset, inter alios Officiales hæreditarios dedit Ei Comites nostros *Templimontanos*, ut *Burggrafos* in *Doringia*. Primus, ut audivi, fuit *Emico*, cujus frater nominatur *Kunradus*, qui

(Zz) 2 adhuc

(k) Conf. chron. mont. seren. ad ann. 1126. Wolfgang. Crufii de Guntzenhausen chr. Misn. ad eund. ann. p. 5. Albin. chron. Misnic. tit. X. p. 128. (l) eundem habet Albin. l. c. sequentem chr. Mont. seren. l. a. Crufius l. c. annum 1134. mavult. (m) quos ordine recenset Cruf. l. d. (n) Spangenberg. L. XV. Spec. Nobilit. f. 287. quatuor familias diversas recenset. (1) in Svevia (2) Bavaria (3) Austria (4) Thuringia. Addo (5) in Palatinatu inferiori. (o) De Werneio Kirchbergico Lamb. Sch. snab. ad ann. 1063. de Kirchberga ad Diæces. Osnabrug. pertinente Kranz. L. III. Metr. c. 7. & Erdman. chr. Osnabrug. T. II. rer. Germ. Meiborn. p. 200. seq. qui verò Hirinchberg vocat, conf. diss. m. hist. 2. in Comitatu Hoënlouico, & in inferiori Palatinatu oppidum Kirchberg. Saur. im vermehrten Städte-Buch p. 930. Noti sunt Nobiles Hundii de Kirchberg in Hassia, (p) Limn. L. I. J. P. c. 8. ad Burggravios simpliciter refert, contra in addit. ad Lamb. ann. 1304. & Wingo stad. in chr. MS. Halberst., citante Sagittatio in Hist. Halberst. p. 49. Marchiones & Comites Provinciales dicuntur. Inter Nobiles eos passim reperi in antiquis tabulis. (q) Vid. Peccenstein. Theatr. Sax. P. I. c. 18. p. 262.

1144.

Burggrav.
quid?

adhuc ambo vixerunt circa AC. MCXLIV. (r) Magna dignitas & honorabile officium. Potentes siquidem erant, & in magna auctoritate (s) apud omnes *Templimontani*, qui etiam suos proprios habebant Ministeriales de *Ruxlevin*, de *Pryseniz*, de *Esebek*, de *Lubeviz*, *Marscallos*, & alios. Hinc Principum more in literis suis: Nos Dei gratiâ &c. *Burggravius* & *Pfaltzgravius* idem mihi est. Quod enim nos vocamus *burg*, seu *borg*, alii appellant *Pfalz*, seu *Pals*, quæ vox aulam, seu palatium designat. Est ergo *Pfaltzgravius* iudex Palatii, seu Aulæ, ut *Burggravius* iudex burgi, seu castri Principalis. Ex Comitibus fiunt *Burggravi*, ut quasi gradu aliquo hi digniores sint quàm illi, qui simplices dicuntur Comites. Sic Comites de *Hennenberg*, qui nunc Principes vocantur, fuerunt *Burggravi* de *Würzburg*. (t) Non est quidem dubium, ab initio semper multa præclara fecisse hos Comites, sed cum antiquiora eorum acta in tenebris dormiant, ea tantum narrabo, quorum copia mihi facta est, & quæ scio, quòd vera sint. *Volkmarus*, Archimandrita Monasterii Sanctorum Martyrum *Stephani* & *Viti*, Ordinis nostri, nullam magnam rem suscipiebat, seu perficiebat sine consilio & operâ *Vollrati*, Comitis *Templimontani*. Juxta nomen enim suum *plenus consilii* erat, verè *Voll-*

1129.

v. Ursus.

rat. Circa finem anni MCXXIX. in difficili & perplexa controversia cum Comite de *Waldeck*, misit iste eum ad Aulam Imperialem, & ita strenuè negotium suum procurabat, ut etiam Aulici dicerent: eum esse quasi *Tutorem* Abbatis & sui conventus. Comitem etiam de *Waldeck* postea sic disposuit, ut faventior quàm antea Abbati, tranquillam vicinitatem cum eo coleret. In familiaritatem ejus primò venerat per Comitem de *Euerstein*; cumque devotus esset *Vollratus*, & sacrorum Ordinum amans, eique disciplina & religio in Monasterio isto placeret, ac Prælati sinceritatem & prudentiam ejus perspiceret, etiam in cælibatu adhuc ille esset, mansit ibidem, & sepultus est in Monasterio anno ætatis LVI. AC. MCLXV. *Wilhelmus* II. adfuit ludis equestribus *Tiguri*. Circa AC. MCLXXVII. (u) *Waltramus* *Templimontanus*, Abbas duorum Imperialium Monasteriorum *Wertha* ad *Ruram* & *Helmsted*, quæ *S. Hildegrius*, primus Episcopus in *Halverstad*, fundaverat, in honorem Beatissima Virginis in monte prope *Helmsted* claustrum Monialium Ordinis *S. Augustini* condidit, idque, ductis primis monialibus ex *Steterburg* prope *Wolfsbytel*, Præposito commisit, quorum primus fuit *Gottfredus* Conventualis & Canonicus Regularis reformati nuper ab Episcopo in *Halverstad* Monasterii *Schöningen*, solennemque pro-

1165.

v. ilhelm.

II

1177.

v. Valramus.

Godfred.

(r) Bucelin: P. M. Oper. Topo-chronol. edit. Ulm. 1662. Propagatorem hujus Gentis nobis fuit Anonymum quendam, anno 1118. florentissimum. Hunc vocat arcis & domini *Kirchberg* ad *Salam*, *Thuringiæ* fluvium, Dominum. Et hujus filii fuere *Emico* & *Conradus*. (s) Rectè igitur *Meibom. chron. Marienthal.* ad ano. 1270. Domum eorum & familiam potentem & amplam vocat (t) de origine eorum *Spangenberg. L. I. chron. Henneb. c. 7.* (u) alii habent 1181.

processionem & liberas nundinas in festo nativitatē S. Mariæ ibidem instituit. In hoc cœnobio ipse postea AC. MCLXXXIII. sepultus est. Probus Pater & valde conscientiosus, cujus sanctam memoriam adhuc colunt Fratres in utroque Monasterio. Pius enim erat, providus, affabilis & benignus, cujus mensura omnium rerum *Est & non est*. Eodem annō frater *Waltrami* carnalis *Fridericus* in conventu publico Erphordiaē habito ferè *Frideric. I.* periisset miserè. Diu bella gesserant *Kunradus* Moguntinus & *Ludovicus* Landgravius noster cum utriusque suorum exitio. Auctoritatem suam Imperialem interponit tandem *Fridericus*, (Henricus) & utrumque Erphordiam citat. Stato die comparent. Cùm verò totum conclave hominibus plenum esset, tantamque molem & pondus, propter vetustatem ruinofum, non amplius sustinere posset, cariolaē trabes subsidentes labuntur in imum, & cum iis omnes adstantes & assidentes, etiam Landgravius & alii Comites. Inter hos *Fridericus* noster, (vv) qui graviter fauciatus, vitam tamen non perdidit. (x) Causa primaria hujus belli Provincialis erat *Henricus*, Comes de *Schwarzburg*, qui etiam idè, juxta proverbium suum, profundius lapsus est in lacinam. (y) Conjux *Friderici* *Beatrix*, devota & liberalis, Monasterio in *Valle Maria* aliisque multa contulit mobilia & immobilia bona. (z) Reliquit tres filios *Fridericum*, *Vollratum* & *Gosmannum*. *Fridericus* factus est Canonicus Majoris Ecclesiæ in Halverstad., & vixit adhuc AC. MCCXXIV. (a) *Ilger*, Senior Dominus & Comes de *Ilesfeld*, conjugem *Ilger*, habebat *Bertrad*, Comitissam de *Templimonte*, ex qua genuit filium sui nominis. Hic cum uxore sua *Luttrude*, *Hesiconis*, Comitis de *Orlamunde*, Filia, consilio & instinctu assiduo Matris suæ AC. MCXC. fundavit Monasterium in *Ilesfeld*, idque dotavit principaliter. Sic enim in templo cœnobii istius: *Luttrud. 1190.*

ANNO DOMINI MCXC. FUNDATA EST ECCLESIA YLVELDENSIS B. MARIE.

EYLIGERUS COMES DE HONSTEIN, FUNDATOR YLVELDENSIS,

LUTTRADIS DE ORLAMUNDA, DNA DE HONSTEIN.

In lapidibus eorum sepulcralibus, ubi imagines eorum visuntur, iterum legi:

(Zz) ; ELGE-

(vv) non Gosmar chr. Mont. seren. p. 48. (x) Hist. de Landgrav. Thuring. & addit. ad Lambert. ajunt: lamentabili morte interiisse, conf. Hist. m. Isaac. §. 34. & chr. mont. ser. l. c. (y) Vid. hist. m. Isaac. §. 35. (z) sed num anno 1270. ut Meibom. putat, tute judicabis, vid. chron. cf. Maienthal. ad h. a. (a) Vid. Sagittar. hist. Halberstad. §. 58. & chron. Marienthal. cit. p. 259. T. III. Rer. Germ. Meibom.

1193. AC. MCXCIII. *Ilger*, supra dictus Comes *Ilger* venit cum *Lutrude* sua in *Kerchberg*, & multum benefecerunt Ecclesie ibi: cui etiam *Fridericus* (*Heinricus*) in *Erphord* privilegium nuper dederat, quod autem non vidi. (c) Cum *Hermannus de Waldek* ad terram sanctam proficisci statueret, advocatiam Ecclesie *Padifontana*, quam hactenus tenuerat ille, certo modo renunciavit. Quam in curia *Frankenvurtensi* *Heinricus VI.* Ecclesie isti solenniter adjudicat. Cumque *Hartmannus Templimontanus* in comitatu Regis esset, ei que carus & acceptus, nec non Cubicularius, literas desuper confectas, ut testis, una cum aliis Episcopis, Abbatibus &c. subscripsit. Postponuntur ei Comites de *Ubingen* & *Wertheim*. (d) AC. MCXCVIII. *Tidericus*, Comes noster, magnam habuit familiaritatem cum *Udone*, Episcopo *Numburgensi*, cujus Ecclesie benefecit, & in maximis aliquando negotiis prudenter consuluit, iisque ut testis adfuit. (e) Vocabat se *castellanum de Kerchberg*. AC. MCC. magnum colloquium habuit *Hartmannus* in *Orlamunde* cum Nobilibus de *Usterod*, *Erfa*, *Boyneburg*, & aliis. (f) AC. MCCII. *Cappendorf*, a cappa *S. Martini* sic dictum, olim proprium dominium & *Burggraviatus* erat, adhuc subiectum nostris Comitibus fuit, *Albertus*, Archi-Episcopus in *Magdeburg* ex iis fuisse putatur. Alii tamen dubitant. (g) Audivi quidem ab illis id constanter defensum, sed cum non certus sim in sententia mea, nihil certi etiam hac in re determinavero.
1200. *Hartmann*, lamunde cum Nobilibus de *Usterod*, *Erfa*, *Boyneburg*, & aliis. (f) AC. MCCII. *Cappendorf*, a cappa *S. Martini* sic dictum, olim proprium dominium & *Burggraviatus* erat, adhuc subiectum nostris Comitibus fuit, *Albertus*, Archi-Episcopus in *Magdeburg* ex iis fuisse putatur. Alii tamen dubitant. (g) Audivi quidem ab illis id constanter defensum, sed cum non certus sim in sententia mea, nihil certi etiam hac in re determinavero.
1202. *Cappendorf*, a cappa *S. Martini* sic dictum, olim proprium dominium & *Burggraviatus* erat, adhuc subiectum nostris Comitibus fuit, *Albertus*, Archi-Episcopus in *Magdeburg* ex iis fuisse putatur. Alii tamen dubitant. (g) Audivi quidem ab illis id constanter defensum, sed cum non certus sim in sententia mea, nihil certi etiam hac in re determinavero.
1207. *Albert*, *Magdeb.*

(b) conf. *Ecclorm. chr. Walkenried. p. 18.* Quâ occasione verò conditum sit hoc monasterium, vid. apud *Meibom. chron. Riddagshulan. T. III. ter. Germ. p. 348. seq.* (c) circa ann. 1180. Comites dicti sunt, *chron. Monast. Bigauicns. ad h. a.* & inter Nobiles relati, *chr. Mont. ser. ad h. a.* Et: in *hist. m. linc. §. 34.* posui cum *chr. mont. ser. Henric. Reg.* (d) integrum diploma vid. *Vol. I. anal. Paderborn. p. 896.* (e) vid. *Pertub. chr. Posten. L. I. p. 33.* (f) De antiquis hisce familiis *M. H. H.* ita:

Est instar cœli formosa *Thuringia* nostra,
in qua cuoprimis illustra lumina fulgeat:
Kirchbergi Comites, famâ super æthera gressi,
Vainrodii, quorum est liberalis stella *Philippus*,
Mülani, *Haastalli*, ac *Hördani*, *Wizlebiq;*,
Bochlatii, *Cruciburgenses*, *V Vangenhemiq;*,
Hundi, *Reynceci*, *Goltackerii*, *Boneburgi*,
Utterodi & *Nesselrodi* — — —
omnes doctrinâ, virtute fideq; celebres;
felix *Isnacum*, tot gemmis undique clarum!

(g) prius affirmant *Kranz. l. VII. Metr. c. 35.* *Bucelin. G. S. P. I. p. 40.* & *Bangert. in not. ad chr. Slav. l. VII. c. 20. p. 566.* *Meibom. verò solidè probavit in chr. Berg. p. 28.* *Riddagshulan. p. 25.* & in not. ad *chr. Marian. Northof. p. 415.* fuisse Comitem *Hallermundannum*,

navero. Interim pleni sunt annales laudibus istius boni Episcopi. Nec *Willebrandus* ex hac nostra familia fuerit in eadem Sede, utut nonnulli vul- ^{*Willebrandus*}
 pariter id asserant. Qualis enim consequentia: Comes *Wernerus* de
Templi monte, *Friderici* Filius, per annos aliquot vixit apud *Willebran-*
dum in *Magdeburg*. Ergo hic fuit *Doringus*, & quidem Comes *Tem-*
plimontanus. (h) *Fridericus* autem, amabilis surculus hujus Gentis, AC.
 MCC IX. electus est Episcopus in *Halverstad*. Illò ipsò electionis anno 1209.
 curiis in *Brunsvig* & *Würzburg* habitis interfuit, ceu specialis & dile- ^{*Frideric*}
 ctus Regis *Otonis*, (i) unà cum aliis Cardinalibus & Legatis Apostoli-
 cis, Archi-Episcopis *Moguntino*, *Coloniensi*, *Trevirensi* & *Salzburgenfi*,
 Episcopis *Strasburgenfi*, *Augspurgensi*, *Constanciensi*, *Frysingenfi*, *Passauiensi*,
Basileensi &c. Cùm verò *Innocentius* Papa *Otoni* Regi se totum oppo-
 neret, ei que vinculum horrendi anathematis injiceret, *Fridericus* au-
 tem noster à partibus Imperatoris staret, bullam & hic accepit à Sede
 Apostolica omnium minarum plenam, per manus *Alberti* in *Magde-*
burg. Et quomiam familiariter cum *Friderico* conversabatur Abbas *Il-*
senburgicus *Sigfridus*, easdem meruit pœnas, ita ut ab *Alberto* in *Mag-* ^{*Sigfrid*}
deburg ab officio Prælaturæ suæ amotus fuerit, substituto *Hartuico*, ^{*Ilsehb*}
 Monacho de *Pegau*. Sed ecce! cùm fratres *Hsenburgici* intrusam hunc
 Prælaturam nec acceptare, nec ei parere vellent, & istis in genere dictum
 est anathema. (k) Sic, propter fidelitatem & amorem tuum in Cæsa-
 rem, *Fridericum* nostrum tanta oportuit pati. AC. MCCXX. Mona- 1220.
 sterium *Huysburg* in densa silva *Huy*, Diocesi *Halverstad*, Ordinis ^{*Huysburg*}
 nostri, ab intolerabili jugo, & plus quàm *Turcica* tyrannide Advoca-
 torum in æternum liberavit, quod coram universo Ordine grato ani-
 mo collaudârunt Fratres. (l) Eòdem annò *Fridericus* novum templum ^{*Frider*}
 in *Halverstad* consecrari fecit solenniter. (m) AC. MCCXXVII. ^{*Gof*} 1227.
mannus Comes, *Friderici* frater, cum pio *Ludovico* Landgræfio ad ter- ^{*Gosmann*}
 ram sanctam profectus est, antea verò *Heinricus* & *Cunemund* (ab offi-
 cio eorum dicti) *Marscalci*, omnia bona sua *Numburgi* ad *Ovvam*,
 consentiente *Gosmanno*, à quo in pædoto tenuerant, Monasterio *Wal-*
ckenried pro XLVIII. marcis argenti vendiderunt. (n) Circa AC. 1241
 MCCXXX. & sequentem magnum miraculum *Waterlebiense* in Diocesi 1230.
Halverstad. cum sacra hostia in ore omnium versabatur. Sic autem ^{*miraculum*}
 se habet. In villa *Waterleben*, sub dominio Comitum de *Stolberg*,
 dux

(h) ut *Willebrandus*, Conf. erect. Ducat. *Brunsvic*. T. III. *Ret. Germ.* Meib. p. 203. (i) vid. chr. Slav. L. VII. c. 18. & 19. cum not. *Bangerti*, (k) chr. mont. seren. ad ann. 1213. & 1224. (l) literas vid. in diss. m. de Advocatis Monast. (m) chr. mont. seren. ad ann. 1220. (n) *Beckerm.* chr. *VVackenried*. p. 90.

duæ sorores, altera suo more aliquorum facultatum, alia extremè paupercula, nomine *Irmegard*. Utraque verò honesta & laboriosa. Hæc videns, sorori suæ omnia succedere, eamque pingvescere, sibi autem more cancrino omnia retrogredi, & in contrarium fieri, quærit aliquando sororem suam, quomodo hoc fiat? vel quæ causa esse possit hujus variabilis fortunæ? Dicam tibi, ait altera, sed sub confidentia; ego habeo *DEUM* in cista mea. Paucis omnia dixi. Bene, cogitabat *Irmegard*, & hunc mihi parabo. Mox celebratum est sancti Paschæ festum, in quo, more catholico, *Irmegardis* confiteri & communicare debebat. Sed illa sacram hostiam ori jam inditam clanculum, & nemine vidente, excipit, & domi, ut à sorore audiverat, cistæ suæ includit. Post aliquot dies nescio quid quærit in cista, & ecce! *hostia cruenta*, & pannus, cui involuta erat, sanguine conspersus erat. Vocat mulier Virum suum, Vir Parochum, Parochus Episcopum suum in Halverstad. Qui, indictis Clero & populo precibus, facit processionem ad locum istum, ubi sacra & miraculosa hostia erat. Quam Episcopus, erat *Fridericus* noster, flexis genibus summa cum devotione & reverentia, unâ cum linteo, cui involuta erat, elevat, portatque eam inter hymnos & gaudia Cleri populique, præeuntibus luminaribus, ad pagum Hausler, ubi in aram reponit. Sacra verò hostia tam largè ibi sudavit sanguinem, ut non potuerint cum ea longius progredi. Aderat processioni Præpositus Majoris Ecclesiæ *Johannes Semeca*, Decretalium Doctor, qui monuit, ut in isto loco relinqueretur. Et sic factum est. Tantus autem concursus populi, ut *Fridericus* ex eleemosynis brevi temporis spatio collectis insigne Monasterium *Waterlebiense*, Ordinis Cisterciensis, fundaverit & dotaverit liberaliter. O miraculum miraculorum mirabilissimum! AC. MCCXXXIX. in Domino obdormivit *Fridericus* Episcopus, sancti sui officij anno XX. Est & erit memoria ejus in benedictione! Carus siquidem fuit DEO & hominibus. Vidi literas, (o) in quibus dicitur, quòd *Templimontani* nostri *glatte und sammete Bauren* habuerint, i. e. bene opulentos. (p) *Fridericus* III. hujus nominis prudens erat & providus, multorum Principum, tam Clericorum quàm secularium, Consiliarius, qui ad maxima quæque negotia adhibebatur. AC. MCCXLV. IV. Kal. Febr. unâ cum *Bertha*, uxore sua, duos mansos, & unam aream in minori *Qvensted* Monasterio in *Huysburg*, nominatim *Ludolpho* Abbati XI, pro LVI. marcis argenti Halverstad. vendidit, & præsentem Episcopo *Meynarto*, realiter tradidit. Ne verò propter immaturitatem, seu minorenitatem liberorum hæredumque suorum, cum tempore rixæ suborian- tur, Pater pro iis omnibus, & cum eo *Wernerus de Sufeliz*, *Hermannus* de

1239.

Frid. obitus

vicus Episcopus, sancti sui officij anno XX. Est & erit memoria ejus in benedictione! Carus siquidem fuit DEO & hominibus. Vidi literas, (o) in quibus dicitur, quòd *Templimontani* nostri *glatte und sammete Bauren* habuerint, i. e. bene opulentos. (p) *Fridericus* III. hujus nominis prudens erat & providus, multorum Principum, tam Clericorum quàm secularium, Consiliarius, qui ad maxima quæque negotia adhibebatur. AC. MCCXLV.

1245.

IV. Kal. Febr. unâ cum *Bertha*, uxore sua, duos mansos, & unam aream in minori *Qvensted* Monasterio in *Huysburg*, nominatim *Ludolpho* Abbati XI, pro LVI. marcis argenti Halverstad. vendidit, & præsentem Episcopo *Meynarto*, realiter tradidit. Ne verò propter immaturitatem, seu minorenitatem liberorum hæredumque suorum, cum tempore rixæ suborian- tur, Pater pro iis omnibus, & cum eo *Wernerus de Sufeliz*, *Hermannus* de

(o) De eod. anno (p) ita tales adhuc in *Svevia* vocantur, Manz. Dec. II. Patrocli. debitor. qv. 4. num. 48.

de Schernbeck cum filio suo Everhate de Sufeliz, Henricus, cum filio fratris dicti Comitis, id Ludolpho Abbati religiose & sanctâ fide promiserunt. AC. MCCXLVIII. floruit Wernerus noster in curia Archiepiscopali in Magdeburg apud Willbrandum, cujus propinquus erat. AC. MCCXLIX. VIII. Kal. Jul. Pontificatus sui VIII. cum idem Meynartus dimidium mansum in Eylensted, quem Tidericus de Spiegel, Ministerialis Halverstad, ab ipso jure pheodali tenuerat, cum ejus hæredumque suorum consensu, Huysburg conferret, testes erant Fridericus, Comes de Kerchberch, Hermannus de Scherenbeck, & filius suus Wernerus, Henricus de Eylensted, Johannes de Manentorp, & alii. Eodem anno & die Henricus & Tidericus Spiegel, cum consensu hæredum suorum, dederunt Huysburg unum mansum in Anderbeck, & unam aream, quæ adjacet cum fundo unius molendini ibidem. Quæ omnia confirmat Meynartus, ut ordinarius. Testes erant Comes Henricus, Fridericus de Kerchberg, Hermannus de Scherenbeck, & filius ejus Wernerus, Henricus de Eylensted, Fridericus de Hersleve, Tidericus de Hartesrode & alii. Cum eodem anno Henricus, Comes de Planckenburg ob advocatiam, à Sigfrido de Planckenburg Abbati Sigfrido in Huysburg plenè restitutam, Monasterium istud igne & latrociniis variis modis vexaret & perturbaret, Meynartus verò id summopere defenderet, & jam lites diremte essent, inter multos testes etiam reperi Fridericum de Kerchberg. Act. & datum in Halverstad anno gratiæ MCCXLIX. XVI. Kal. Jun. Pontificatus sui anno VII. AC. MCCLI. iterum testis erat Fridericus Meynarti Episcopi in Halverstad, & anno sequente Ottonis, Ducis de Brunswig. Ex his familiaritatem, accessum & auctoritatem Ejus apud Magnos Principes manifestè quilibet videt. AC. MCCLVII. Volkratus, Episcopus in Halverstad, cum consensu Capituli sui, duorum mansorum solutam advocatiam in Serksted Monasterio in Huysburg contulit. Testes erant Fridericus de Kerchberg Comes, Volkratus, frater Episcopi de Cranchfeld, Henricus de Hortorp & alii. Eodem anno Ludolph. (q) de Esbeck Miles decimam in villa Runsted à Voltrato in Halverstad jure pheodali tenebat, quam cum illi resignasset, accessit Monasterio Virginum S. Maria in monte prope Helmestad. (r) Scilicet Ludolphus, Præpositus dicti Monasterii S. Maria, Militi de Esbeck dabat CXXVI. marcas puri argenti, tantumque effecit, ut Miles Friderico Templimontano decimam denunciaret, qui Voltrato Episcopo dedit, hic verò, cum consensu Capituli sui, dicto Monasterio contulit. Tidericus, Abbas in Valle Maria, eodem anno emit Monasterio suo ab eodem Ludolpho de Esbeck decimas agrorum ad

(Aaa)

villas

(q) Al. Ludovicus (r) Meib. chron. Bergens. prope Helmestad MS. & chr. Maricthal. T. III. rer. German. p. 265.

liberi villas *Aeerdorp* & *Roddorp*. Illas tenebat *Ludolph*. à *Friderico* nostro, has verò à *Gebhardo*, Comite de *Wernigrode*. Genuit *Fridericus* ex *Bertha* sua quinque filios & tres filias, *Heinricum*, *Wernerum*, *Hermannum*, *Fridericum*, *Borchartum*, *Gyslam*, *Luceardem* & *Sophiam*. Annò eodem

Rudolf. *Rodolphus Templimontanus* erat Canonicus & Portarius Summi templi in Halverstad, quem in multis literis Episcoporum de Halverstad inter testes vidi. Eodem anno *Tidericus Templimontanus* bello inclytus fuit, aliàs mitis & erga Clerum beneficus. AC. MCCLX. *Heinricus* Comes de *Honstein* castrum *Kerchberg* & alia cepit. (f) AC. MCCLXII. *Heinricus* Miles subscripsit foundationem Monasterii in *Alberode*, quod nunc *Ryffenstein* dicitur, Vir magnæ auctoritatis & bonæ famæ. AC. MCCLXV.

Vollrad. in octava Paschæ *Vollratus* (t) erat majoris Ecclesiæ in *Hilleshem* Canonicus, amplæ fortunæ Dominus, pauperibus valde addictus. Erat

1266. *Friderici* II. Filius. AC. MCCLXVI. *Hermannus* Monasterio in *Reynartsborn* Ordini nostri donavit tabulam, in qua historia *S. Benedicti* artificiosè depicta erat. Frater autem ejus *Fridericus* Monasterio *S. Nicolai*

Frider. in *Insaco* ejusdem Ordinis quinquaginta aureos rhenenses dedit. Anno

1267. sequente *Luccartus* de *Kerchberg* in nobili Virginum monasterio *Quitlenburg* vixit, aut Sanctimonialis postea facta sit, certò non scio. Soror

Luccard. ejus *Sophia* maluit vivere in aula Comitis de *Schwarzburg*. Puto tamen, hanc mortuam fuisse extra conjugium. AC. MCCCLXVIII. *Borchardus* in

Sophia. flumine *Sala*, unà cum tribus servis, miserè periit. (u) Ideo pro refrigerio animæ suæ passim multa dederunt cognati ejus, nominatim Monasteriis in *Reynartsborn*, nostro ad *S. Nicolaum*, & *S. Petri* in *Erphord*.

1268. AC. MCCCLXIX. *Gysla*, uxor *Weneri* de *Scherenbeck*, magna benefactrix

Borchard. Cleri in Diœcesi Halverstad, tam viva, quàm nunc mortua. Cùm enim anno MDXIII. Avunculum meum (erant mea & illius Mater sorores germanæ) Dominum *Hermannum Eycken*, Prælatum in *Haysburg*, inviserem, & fortè antiquas Monasterii literas in pergameno descriptas excuterem, multa ex iis decerpsi ad breviliquium meum de Comitibus

1269. *Gysla* *Templimontanis* pertinentia. Erat autem iste *Wernerus* Nobilis, dives,

Verner. de & magnæ auctoritatis Baro, vel Dynasta in Diœcesi Halverstad, (w) *Friderici* nostri, Episcopi ibidem, Judex Provincialis, quæ magna dignitas erat à multis semper expetita. In omnibus ferè majoris momenti literis

(f) Chr. Walckenried, cit. p. 19. (t) al. Cunrad. (u) sediens ex hastiludiis Merseburg. Meibom. chr. Marienthal. p. 265. Conf. hist. Landgrav. Thur. c. 64. quæ Theodoricum vocat, Bang. chr. Thur. p. 103. 2. tangit historiam, at retinet nomen submersa, (vv) illustrem & nobilem vocat Meibom. in chron. cit. l. 2.

literis Nobiles de *Scherenbeck* inveni, ut nihil sine istis in Diœcesi actum. Et nisi primarius fuisset ille *Wernerus*, vix accepisset *Gyslam* de *Templimonte*, Episcopi cognatam. AC. MCCLXXI. V. Kal. Aug. *Wernerus*, 1271. *Werner. Abb.*
 Abbas in *Huysburg*, mediam partem decimæ in *Anderbeck*, studio *Bernardi* de *Lengede*, Monachi in *Huysburg*, & *Alberti*, Clavigeri sui, cum omni utilitate, & tres mansos cum dimidio ibidem & mancipiis, ad eadem bona pertinentibus, à *Friderico*, Milite *Gerarodensi*, sibi comparavit. Quam proprietatem prædictorum bonorum, quæ *Borchartus* & *Luthardus* de *Meynersem* ab Episcopo in *Halverstad* titulo pheodali tenuerunt, *Vollratus*, Episcopus ibidem, cum consensu Capituli sui, datis à Monasterio *Huysburg* XL. marcis *Halverstad*. argenti, eidem donavit. Testes sunt *Ludolphus*, Comes *Slademensis*, Episcopus quondam in *Halverstad*, *Hermannus* Præpositus, *Wigerus* Decanus, *Vollratus* de *Kerchberg*, *Heinricus* de *Regenstein*, *Wedekindus* de *Nuenborg*, *Heinricus* de *Drondorp*, *Albertus* Custos, *Bartoldus* de *Clettemberge*, *Christianus* Scholasticus, *Hermannus* Hodo, *Luterus* Gernz, *Günterus* Vice-Dominus, *Ludolphus* de *Dalem*, *Anno* de *Heymborg*, *Heinricus* de *Coldiz*, *Kunradus* de *Swanenbec*, *Heydenricus* de *Scartfeld*, *Gevehartus* Cellerarius, *Luthardus* de *Meynersera*, *Tidericus* de *Hesnem*, *Hermannus* (x) de *Kerchberg*, *Ericus*, Præpositus Ecclesiæ S. Bonifacii, *Heinricus* de *Regenstein*, *Kunradus* de *Dorstad*, *Hermannus* de *Planckenburg*, *Rodolphus* de *Gatersleve*, *Tidericus* de *Anvorde*, *Reynartus* de *Cranchfeld*, *Heydenricus* de *Querfort*, Majoris Ecclesiæ Canonici. Laici autem *Wernerus* de *Scherenbeck*, nobilis, *Alvericus* Pincerna de *Dorstad*, *Günzelinus* de *Beerwinckel*, *Borchartus* de *Alseborg*, *Bernartus* de *Papstorp*, *Joannes* de *Mynsleve* Milites, & alii quàmplures, Clerici & laici fide digni. Vidi in eodem Monasterio *Huysburg* salutaria statuta monastica, quæ *Abbas* suis fecerat. Hæc adeo placuerunt mihi, ut passim Monasteriis puellarum Ordinis nostri eadem commendaverim, imprimis ubi scholares sunt, cujuscunque sexûs fuerint. (y) Vidi in eodem cuncta bene ordinata, & quod gaudium mihi fecit speciale, XXIV. altaria & *statuta monastica.*

(Aaa) 2

XII.

(x) Al. Vollradus. Quicquid verò ad ann. 1129. dixi, tangit quoque Autor *annal. Corbeiens.* ad ann. 1130. (y) Miror, Hackium oblitum fuisse Autoris horum statutorum. Erat ille *Vernerus* Abbas XIV. Hic anno 1280. abusus quosdam monasticos emendaturus, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub anathematis fulmine, leges aliquot condidit in appendice producendas. Fuit quondam ibi schola claustralis, eaque non inacebris, ex qua optimi quique & bene eruditi ad vitam monasticam feligebantur.

& facella
 Huysb. XII. facella. (z) AC. MCCLXXIX. vendidit *Heinricus* Comes de *Honstein*
 Monasterio *Walckenried* quatuor mansos in *Urbich* pro CCXXV. marcis
 Northufensis argenti. Cui venditioni adfuit etiam *Gosmannus* Templi-
 montanus. (a) Eodem annò *Otto*, *Heinrici* filius, amor Clericorum & omnium
 populi, *Tidericum* & *Wittrichium* de *Condiz* ex servitute manumisit, eosque
 monasterio *Cappendorf* contulit, sic ut singulis annis in festo *S. Michaelis* ei-
 dem dare teneantur solidum denariorum. Testes hujus facti sunt *Meynart*.
Gottfried de *Leften*, *Gottfried* Miles de *Kerchberg*, *Heinricus* miles de *Jene*, *Albertus* de
Svabenhufen, *Wiricus* de *Kerchberg*, *Th. Dize* & alii. Dat. in castro *Ot-*
tonis *Wintberg* anno MCCLXXIX. sexto Idus Junii. (b) AC. MCCLXXXIX.
 1289. rixæ ortæ sunt propter bona in *Gruthen*, quæ *Beringerus*, miles de
Bryseniz, Ministerialis *Templimontanus*, AC. MCCXLIV. monasterio in
Porta pro CL. marc. argenti vendiderat. (c) Cùm *Heinricus* II. Abbas
Bering de in *Huysburg* alteram partem decimæ in *Anderbeck* à *Ludolpho*, milite de
Briseniz, emeret, inter testes rursus reperitur *Hermannus* de *Kerchberg*. Idem ad-
Hermann fuit foundationi monasterii *Virginum S. Nicolai* in *Halverstad*, Ordini *S. Do-*
 1290. *Henric*. *montanus*, sepultus in monasterio *Isfeld* cum hoc epitaphio:

Hæc sunt in fossa de KERCHBERG Nobilis ossa
 HEINRICI Comitis, Deus ipsum suscipe mitis.

1292. AC. MCCXCII. *Otto* senior pro insigni habuit in albo campo tres nigras tra-
Otto, bes. AC. MCCXCIV. *Tidericus* de *Luberviz* ministerialis Comitum no-
 1294. *Tider*, de strorum,
Luberviz,

(z) Ego XXI. altaria, XVI. autem facella notavi in annal. MS. Huysb. illa fuere
 (1) summum altare (2) B. V. in crypta (3) ad S. Crucem (4) B. V. in ambitu, (5)
 S. Mich. (6) S. Joann. (7) SS. Petri & Pauli (8) S. Andr. (9) SS. Martyr. (10) SS.
 Confessor. (11) S. Steph. (12) S. Dionys. (13) S. Maur. (14) S. Hieron. (15) S. Be-
 ned. (16) S. Gregor. (17) S. Servat. (18) SS. Virgin. (19) S. Annæ (20) B. Mar. Mag-
 dal. (21) S. Sixti. Hæc verò fuisse ajunt; (1) in ambitu, seu circuitu cœnobii tria
 concamerata (4) prope domum Capituli facellum S. Ambros. (5) duo altera in me-
 moriam B. V. (6) unum versus arcem, in cujus verò honorem, ipsi nesciunt. (7) ad
 muros monasterii antiquum istud D. Sixti, (8) ante ingressum Ecclesiæ S. Stephani,
 quod videtur fuisse domesticum pro populo, (9) B. Mar. Magdalensæ sub organo pœv-
 matico, (10) tria retrò chorum, in cujus autem memoriam singula, non liquet. (11) in
 templo (à latere Prælati) S. Dionys. (12) ab altero S. Servatii. (13) infra portam pro
 hospitibus unum jam desolatum. (a) *Gosmannus* autem hic non fuerit ille, de quo jam su-
 pra. Vel iste *Gosmannus* filium reliquit ejusdem nominis, seu *Fridericus* frater fuit hic noster
 (b) vid. integras literas apud Lang. chron. Citiz. ad ann. 1292. p. 816. Add. Hist. m. Isaac. s.
 6; (c) vid. chron. Pottens. Pertuch. p. 115. (d) inter testes est *Hermannus* Postenatus, qui
 verò *Kirchberg* eius ille non fuerit, utpote qui secularis erat. Tabulas *Vollradianas* in ap-
 pendice dabimus.

arorum, hortum situm in *Bryseniz*, pro remedio animæ suæ dedit Ecclesiæ
 ibidem cum consensu & confirmatione religiosi *Ottonis* Comitis. Actum
 in *Wintberg* feriâ tertiâ ante festum Pentecostes. (c) De hoc *Ottono* nar-^{Otto}
 ratur, (f) quòd in recordationem humilitatis Christi, qui *asino* vectus ^{vid. Q. 17. 05.}
 erat Hierosolymam, hoc animal secum semper duxerit, quod postea in lu-
 pum versum homines & pecora invasit. De monasterio *Stablensi*, Diocesi.
 Leodiensis, narrant annales ejus, quòd cum *S. Remaclus*, ex Episcopo Tra-
 jectensi Monachus Ordinis nostri, id fundasset unâ cum *Grymoaldo*,
 Duce Brabantia, *asinum* habuisse, qui lapides & cæmenta attulit. Ve-
 rum devorabatur à lupo. *S. Remaclus* igitur *lupum* anathematizavit, & eos-
 dem labores, quos *asinus* antea fecerat, eidem imposuit. (g) AC.
 MCCCIII. *Erphordenses* cum adiutorio *Northusanorum* & *Mülhusanorum* 1303.
Templimonsem, unâ cum castris *Wintberg*, *Greisenberg*, & *Leysten* cepe-^{castra de-}
 runt & vastârunt, licet, post multas aliorum preces & intercessiones, ^{structa,}
 tandem *Greisenberg* ægrè restitutum sit ab illis. Non offenderat *Otto* cives
Erphordenses, ipsi tamen se *laxos* putabant ab eo. (h) Quod Land-
 grafus ei faveret, causa erat pietas & sinceritas ejus. Sed *Erphorden-*
ses omnia in contrarium explicabant. Ita: non satis erant tutæ, sed la-
 tronibus undiquaque repletæ viæ ob bellum, quod *degener Albertus* con-
 tra filios suos gerebat, ideo Imperator *Rodolphus* *Erphordiam* Clericos
 & seculares Principes ac Nobiles convocabat, & valde sollicitus erat pro
 restitutione tranquillitatis & securitatis publicæ. Castra igitur in *Dorin-*
gia passim vastata, quia latronum refugia erant. At sanè *Otto* noster fu-
 res & latrones in sua castra non receperat, & tamen ea destructa sunt.
 Fortè ideò factum est, ne latrones ex reliquis castris jam pulsi, & per
 Provinciam agminatim vagantes, *Ottonis* castris, hætenus intactis, vi
 suâ potirentur, exque iis excursions facerent, ac igne & rapinis omnia
 consumerent. Interim *Ottoni* facta est injuria, & irreparabile damnum.
 Quæ omnia tamen ille æquo animo tulit, quia à Domino factum fuerat,
 quod factum erat. AC. MCCCVI. Indiæ. quarta idem *Otto* parochiam 1306.
 in *Bryseniz*, cum consensu Episcopi *Numburgensis Ulrici*, monasterio ^{Otto}
Bozaviensi, Ordinis nostri, tradidit, cum decimis quinque agrorum. (i)
 Idem eidem claustro anno eodem dedit capellam in *Kerschberg* cum
 vineis, pratis, areis, agris, cultis & incultis. (k) AC. MCCCXI. Wil. 1311.

(AAA) 3

hel-

(c) vid. chr. Citiz. Lang. p. 816. (f) ex relatione Gerhardi Atzens, Prioris Mona-
 sterii in valle Joannis propellhae. Ord. Cisterc. ad Albert. Præposit. Cruesburg. Mo-
 nast. S. Jacob. Ord. S. August. (g) cont. post alios Sauri verimehr Städtetuch sub:
 Stablo / (h) notes velim contra Guden. L. L. Hist. Erfurt. p. 73. seq. (i) chron. Citiz.
 p. 823. (k) l. c.

Nic. Schö-
ler,
1312.

helmus III. comparuit in torneamentis *Ravensburgi*, *Albertus* AC. Mccccxxvii. *Ingolstadii*, & alio tempore *Eslinga*. AC. Mccccxi. *Nicolaus Schöler*, subditus & Pastor antea Comitum nostrorum in *Cappendorf*, novam Vicariam in hospitali *S. Annæ* instauraverat & dotaverat; nunc vero Abbas *Hersfeldensis* super bonis feudalibus, ad dictam Vicariam pertinentibus, plenum suum consensum dedit.

lit. Herm.
Abbas.

Nos *Hermannus*, Dei & Apostolicæ Sedis gratiâ Abbas Monasterii *Hersfeldensis*, *S. Benedicti* Ordinis, *Mogunt. Diœces.*, notum facimus præsentibus & posteris, scriptum inspecturis, seu etiam auditoris, Quod cum Honorabilis Vir Dominus *Nicolaus*, dictus *Scolaris*, Pastor dictæ Diœcesis, noster sincerè dilectus, unam Vicariam, seu altare, in honorem omnipotentis Dei & Gloriosæ Virginis *Mariæ* Matris ejus, Beatorum *Andræ* Apostoli, *Nicolai* Confessoris & *Barbara* Virginis, in Hospitali novo contiguo valvæ *S. Georgii Isennachensis* situm, in parochia Ecclesiæ *S. Georgii* oppidi prædicti, instauravit & dotavit, & dictum altare pensionavit cum quibusdam bonis, redditibus & censibus, quæ à Nobis, & à nostra Ecclesia *Hersfeldensi* procedunt in feudum, ut literæ dictæ suæ instaurationis plenius edocent. Nos ob nostræ salutis remedium, & ob grata servitia, quæ dictus Dominus *Nicolaus* nobis & nostræ Ecclesiæ sæpius impendebat, & adhuc impendere debet, dicta bona, ac redditus ipsos, census & pensiones, quæ à Nobis & à nostra Ecclesia in feudum procedunt, ut præfertur, ad sustentationem ipsius Vicarii, & suis successoribus in dicta Vicaria deputatos, quantum ad Nos & Ecclesiam nostram concernunt, ipsi Vicaria appropriare curamus, & præsentibus appropriamus, purè & simpliciter propter Deum, ita tamen, quod quilibet prænotatæ Vicariæ Vicarius tunc Nobis, & nostris successoribus, annuatim in festo *Michælis* duas libras cere ad cameram nostram ratione propriationis solvere debeat. In cuius rei testimonium præsentem paginam sigilli nostri munimine iussimus roborari, Anno Domini Mccccxi. die *S. Nicolai* Episcopi & Confessoris. (1)

1323.
permutatio
S. Nicol. &
B. V.

Accoperat B. Virgo nostra in urbe ab *Ottone* Comite agros aliquot ad montem aureum, (m) suæ are emtos. Permutat postea Monasterium nostrum *S. Nicol. curiam*, ante valvam *B. V.* sitam, pro agris istis, ante valvam *B. Nicol. sitis*, & Ecclesiæ *B. V.* propriis.

Nos *Heinricus* Præpositus, *Kunegunda* Abbatissa cœnobii *Monialium* ad *S. Nicol.* in *Isennach*, unâ cum nostro Conventu, recognoscimus præsentibus, & fatemur, Quod nos cum Honorabilibus Viris, Dominis *Hermanno* Decano, *Heinrico* Seolastico, *Eckerico* Cantore, totoque Capitulo Ecclesiæ

(1) anno 1412, hæc literæ datæ fuerint, quod notandum est, (m) *Goldberg* vulgò,

clesia S. Maria Isenacens. facientes permutationem, ipsis unam curiam nostræ proprietatis, quatuor solid. denarior. & duos pullos solventem annui censûs, ante B. Virg. valvam sitam, quam dictus de *Wichmanshusen* à Nobis jure hereditario habuit & possedit, hujus curiæ proprietatem & censum cum omni usu, utilitate & honore sic possedimus, damus modo simili possidendum; ipsi verò suam proprietatem quinque agrorum humuleti, triginta denarios Isenacens. annui census solventium, quos *Petrus* & *Conrad.* fratres dicti *Rymman*, & duorum agrorum solidam solventium, quos *Adelheidis*, dicta *Albertem*, juxta montem, qui dicitur *Goltperg*, sitorum, nec non unius ortuli, qui est apud aquam *Hörsele* situs contra superius molendinum, ante valvam B. Nicol., solidum & duos pullos solventis, quem *Petrus Rymman* prædictus jure hereditario possidet & possederunt, cum ipso censu nob. vice versa dederunt utiliter possidendum. In hujus permutationis ratihabitionem firmiorem, nostra sigilla præsentibus sunt appensa. Dat. & act. anno Domini MCCCXXIII. XII. Kal. Martii.

AC. MCCCXXV. Vix *Fridericus* Landgravius gratiæ suæ fontem ad 1325. S. Nicol. illo tempore rursus derivasset, nisi antea exorasset eum *Burggravius. Frid.* Sic enim legitur in *Necrologio* nostro: *Frid. Landgr.* multa ad S. Nicol. peten. *Landgr.* te *Burggr.* Literæ autem tales sunt:

Nos *Fredericus*, Dei gratiâ Thuringiæ Landgravius, Misnensis Marchio & Orientalis, Dominusque terræ Pflsnerensis, tenore recognoscimus præsentium literarum, Quod Nos, ob reverentiam Dei ac piæ Matris Virginis Mariæ, Sanctique Nicolai Pontificis gloriosi, & propter salutem nostræ animæ, bona dicta *Rechberg*, cum agris cultis & incultis, pratis, pascuis, salictis, virgultis, cum omnibus ad eadem bona spectantibus; ceterum undecim marcarum reddituum cum obventionibus consuetam dari de quibusdam agris, prope villam *Vyschbach* hinc inde sitis, & de quibusdam agris, contra curiam infirmorum sitis, & de quibusdam agris, juxta pontem dictum *Nydasbrücken*, apud aquam dictam *Nezze* hinc inde sitis, & de una curia sita in antiqua civitate prope *Isenache*, quam nobis cum eisdem agris *Henricus* & *Albertus*, fratres dicti de *Holndern*, suis patentibus literis liberè resignarunt, Præposito & Conventui Sanctimonialium cœnobii ad S. Nicolaum in *Isenache* appropriavimus, & appropriamus, & in perpetuum dedimus & damus literas per præsentem. Et in nostræ tam piæ appropriationis & propriæ donationis testimonium, has literas nostras dari fecimus, nostri appensione sigilli fideliter communitas. Testes sunt *Henricus* de *Playven*, dictus *Rüzze*, *Albertus*,
Burg-

Burggravius de *Aldenburg*, dilecti nostri Monachi *N. Waltherus*, Præpositus Ecclesiæ *Mysnent.*, noster Proto-Notarius, *Wernher* de *Heylmœnsted*, Sacerdos noster ac Genetricis nostræ primæ Capellanus, *Bertoldus*, Vice-Dominus de *Eckestethe*, *Otto* de *Vanne*, *Timmo* de *Hasdeke*, Milites nostri fideles, & quàmplures alii fide digni. Actum & datum *Aldenburg* anno Domini millesimo trecentesimo vicefimo quinto, IV. Id. Novembr.

1326.
Tideric. dat
B.V. certos
reditus,

AC. MCCCXXVI. *Tidericus*, Plebanus novi hospitalis, stipendiarius Comitis *Ottonis*, B. V. certos reditus & proventus deputaverat. Ipsa verò Canonici ingratitude notâ se macularunt propter eum.

Ego *Theod.* quondam Plebanus novi hospitalis extra muros *Isenacens.* Civitatis, recognosco tenore præsentium publicè protestando, quòd, ob reverentiam DEI omnipotentis, & Gloriosæ Virginis Mariæ, reditus & proventus jam infra scriptos, videlicet sex maldra annuæ mensuræ *Erfurtensis*, de tribus mansis & dimidio in campis villæ *Phalendorf* sitis, & sex maldra avenæ *Sonebornensis* mensuræ, de uno manso in campis villæ *Metebach* sito annuæ pensionis, propriâ meâ pecuniâ comparavi ad Collegiatam Ecclesiam B. Mariæ Virginis in *Isenache*, dum de medio sublatus fuero, in salutem & remedium animæ meæ perpetuò pertinentes. Dans & committens Dominis & Canonicis dictæ Ecclesiæ plenam & liberam potestatem ordinandi & disponendi de proventibus & redditibus, prout ipsorum conscientiis, nec non saluti animæ meæ videbitur salubrius convenire. Protestor nihilominus, me nunquam fuisse Canonicum in Ecclesia memorata, quanquam ad Capitulum vocatus fui, & locum in choro habui dictorum Dominorum de gratia speciali, & penitus nullo jure. Testes hujus sunt Dominus Prior in valle S. *Johannis*, & *Albertus* de *Glichen*, Monachus Ordinis *Cisterciensis*, *Johann. Lusso*, *Albertus* de *Hollunder*, *Gyselerus* de *Besa*, & *Conradus* dictus *Sue*, & quàmplures alii fide digni. In quorum evidens testimonium hanc cartam & literam sigillis Domini Præpositi S. *Nicolai* in *Isenache*, Domini *Dimari* Plebani S. *Georgii* ibidem, nec non Domini *Johannis* de *Luppentze*, Archi-Presbyteri, meis precibus obtinui communitam. Quod Nos Præpositus S. *Nicolai* in *Isennache*, Plebanus S. *Georgii* ibidem, & *Johann.* Archipresbyter prænotati præsentibus publicè protestamur. Datum anno MCCCXXVI. in vigilia D. *Matthiæ* Apostoli.

1331.
confirmatio
& donatio
facta S. *Nico-*
col.

AC. MCCCXXXI. *Fridericus* Landgrafius S. *Nicolao* omnes donationes, dotationes &c. à Progenitoribus suis, vel aliis Ei datas, non modò confirmat solenniter, sed etiam addit speciales libertates de novo, secundum

secundum literas, quas *Alberto Templimontano* delemus, aliisque Christi fidelibus, pro nobis apud Landgrafium jugiter intercedentibus.

In nomine Domini Amen. Nos *Fredericus*, DEI gratia Thuringie Landgravius, Mœnia Orientalis Marchio, Dominusque terræ Plyssentis, tenore presentium publicè recognoscimus, & ad cunctorum, quorum interest, seu interesse poterit, & cujuscunque conditionis vel status existant, devenire volumus notionem, quod ob æterni Regis Omnipotentiam simul & intemeratæ Virginis reverentiam, omniumque Sanctorum merita, more quondam Illustrium divæ memoriæ nostrorum Progenitorum, commoditatibus & honoribus Monasterii *S. Nicolai*, ac DEO devotarum ibidem Sanctimonialium, intra muros civitatis nostræ *Menach* piis affectibus intendentes, omnes dotationes, donationes, libertates, exemptiones, immunitates, approbationes, & gratias quascunque eidem cœnobio, & inibi dictis DEI famulis per eosdem nostros Progenitores, seu quoslibet alios indultas, ratas & gratas habentes, ipsas laudamus, approbamus, ratificamus, & una cum deluper confectis & concessis sibi privilegiis presentis scripti patrocinio hinc confirmamus, dantes eisdem specialiter hanc libertatem, quod omnem censum, quem habent intra dictos muros nostræ civitatis, sic semper manentes, tam quietè & liberè possidere debeant, ut non per Officiatorum quorumlibet, aut civium nostrorum ibidem aliquem, ullis impedimentis quoad hujusmodi velimus ipsos aliquatenus aggravari. Item indulgemus eisdem, quatenus & universis ipsarum domibus, intra septa dicti claustrii sui, dicti cives nostri in vigiliales denarios, etiam non exactione, & ab hominibus in eisdem commorantibus peramplius exigere debeant illo modo. Item volumus, ut etiam dicti cives nostri de aliis sumptibus quibusdam domibus, extra ejusdem claustrii septa, quarum una vocatur allodium *Abbatissæ*, secunda verò quæ fuit olim *Güntheri Conbuctiba* Militis, quam modò inhabitat *Johannes*, sacerdos dictus de *Lupeniz*, & tertia juxta domum agricolarum eorundem sita, cujus ostium (n) directè & contiguè respicit cœmeterium dicti Monasterii, ac de hominibus in iisdem manentibus, vigiliales denarios & exactiones, ut supra, etiam aliquantulum exigant vel requirant. Item concessimus eisdem, ut nec dicti cives de duobus ortis suis, ante valvam *S. Nicolai*, quorum unus situs juxta molendinum apud aquam, dictam *Hürsel*, alter verò ex opposito ejusdem situs, & ab hominibus in eisdem morantibus etiam exactionem præsumant exigere aliqualem. Insuper tandem & hanc gratiam eisdem facimus, ut dicti cives non per se, non per ipsorum nuncios, seu bedellos, homines quoscunque nostræ jurisdictionis earundem, quæ protenditur à valva *S. Nicolai* prædicta, usque ad pontem infirmorum ibidem, spatium & limites commorantes, pro exactione, vel aliqua alia de causa impignorare debeant

(Bbb)

aliquo

(n) ostium.

aliquo tempore, seu quando & quotiens opus fuerit, ad hoc vocare debent N. dictarum Sanctimonialium, quem cum eis mutandum duxerunt nuncium, qui ipsis civibus juxta causæ qualitatem & nuncium debetur pignus seu sufficiens habere potuit præsentare hominibus abesse. (o) Ut autem hæc omnia & singula robur obtineant perpetuæ firmitatis, & per nullius temeritatem valeant, seu attententur infirmari, præsentem literas eisdem, claustro Monasterii S. Nicolai, & ibidem Præposito & Conventui Sanctimonialium, dedimus nostri sigilli munimine roboratas. Cujus rei etiam testes sunt honorabiles Viri Dominus *Albertus*, Abbas, prædictæ nostræ curiæ Cancellarius, Frater *Otto* de Domyne, noster sincerus Confessor, Gardianus in *Suseliz*, *Fred.* de Wangenheim, *Otto* de Hote-wiz, noster Marchalcus, B. de Netzelrödè, *Georg.* dictus Schmedetropf, *Hermann.* de Annera, *Hugo* de Curve, & quamplures alii fide digni. Datum Wartpurg Anno Domini MCCCXXXI. in die S. Cyriaci. AC.

1347.

Henr. de Ruxleben,
Cappendorf,

MCCCXLVII. accepit *Henricus* de *Honstein* à Monasterio *Walckenried* usum graminum ad tres annos in campo *Rutsfeld*. Cujus rei testis etiam erat *Henricus* de *Ruxleben*, famulus residens in *Kerchberg*. (p)

Ruxleben iste fidelia servitia præstitit Dominis suis *Templimontanis*. Eodem annò *Erphordenses Cappendorf* à Comitibus *Templimontanis* emerunt: alii dicunt, ab *Hunoldo*, Moguntino Archi-Episcopo, emtum esse. Sed prius verius est. (q) AC. MCCCCL. *Agatha*, hujus nominis

1350.

Agatha,
villa Erfurt.
data,

II, Abbatissa XXI. in *Quitilenburg*, difficili tempore rexit, ob dissidia intestina, quæ civitas cum *Alberto* de *Regenstein* habebat. Bona Mater. AC. MCCCCLVI. *Atzmandorf* & *Stobra*, villæ Comitum nostrorum, *Erphordensibus* datæ sunt à *Carolo* IV. (r) AC. MCCCCLXXIII. *Kunradus Templimontanus* fit Episcopus in *Mylna*, qui utiliter præfuit & cum laude, licet specialia mihi ignota sint. (s) Genuerat *Otto* Senior ex *Sophia* sua *Ottonem* Juniozem, *Albertum* & *Hartmannum*. Medius à prava Sodalitate seductus deviavit, & AC. MCCCCLXXIV. miserè periit.

1373.

Conrad.
Otto

(t) Eodem annò *Wilhelmus* IV. visus est in torneamentis. *Alberti* istius bonus Præceptor fuerat *Kunrad* de *Cassele*, qui postea ex pio zelo AC. MCCCCLXXVII. dotationem fecit ad altare S. *Martini* in Ecclesia B. Virginis apud nos. Sic enim charta habet.

1374.

Wilhelm. IV.

(u) Eodem annò *Wilhelmus* IV. visus est in torneamentis. *Alberti* istius bonus Præceptor fuerat *Kunrad* de *Cassele*, qui postea ex pio zelo AC. MCCCCLXXVII. dotationem fecit ad altare S. *Martini* in Ecclesia B. Virginis apud nos. Sic enim charta habet.

1377.

Conr. de Cassel,

(v) Eodem annò *Wilhelmus* IV. visus est in torneamentis. *Alberti* istius bonus Præceptor fuerat *Kunrad* de *Cassele*, qui postea ex pio zelo AC. MCCCCLXXVII. dotationem fecit ad altare S. *Martini* in Ecclesia B. Virginis apud nos. Sic enim charta habet.

(w) Eodem annò *Wilhelmus* IV. visus est in torneamentis. *Alberti* istius bonus Præceptor fuerat *Kunrad* de *Cassele*, qui postea ex pio zelo AC. MCCCCLXXVII. dotationem fecit ad altare S. *Martini* in Ecclesia B. Virginis apud nos. Sic enim charta habet.

(x) Eodem annò *Wilhelmus* IV. visus est in torneamentis. *Alberti* istius bonus Præceptor fuerat *Kunrad* de *Cassele*, qui postea ex pio zelo AC. MCCCCLXXVII. dotationem fecit ad altare S. *Martini* in Ecclesia B. Virginis apud nos. Sic enim charta habet.

(y) Eodem annò *Wilhelmus* IV. visus est in torneamentis. *Alberti* istius bonus Præceptor fuerat *Kunrad* de *Cassele*, qui postea ex pio zelo AC. MCCCCLXXVII. dotationem fecit ad altare S. *Martini* in Ecclesia B. Virginis apud nos. Sic enim charta habet.

Noverint

(o) Uti inveni, sic scripsi, licet obscura & corrupta videantur, (p) chr. Walckenried, cit. p. 149. (q) Add. Dn. Eyben, Elect. jur. feudal. c. 6. §. 6. p. 93. (r) Vid. Guden. L. II. Hist. Erfurt. p. 105. (s) Kirchbergicum fuisse, disertè affirmat *Albin.* chr. Miso, tit. XXI, p. 280. cui ad stipulatur M. Pfefferkorn in Thuring. sua c. 22. *Bucelin.* verò P. I. G. S. p. 33. a. *Walhusum* substituit. Sed vid. sis *Albin.* l. a. (t) vid. Hist. Landgrav. c. 117. *Bang.* chr. Thur. p. 143. *Binhart.* chr. Thur. L. II. p. 278.

Noverint universi & singuli præsentium Inspectores, Quòd ego *Kunradus de Casselle*, Presbyter Mogunt. Diocæs., ob salutem animæ meæ & ^{dotatio altaris S. Martini,} Progenitorum meorum, ad honorem Omnipotentis DEI, S. Crucis, B. Mariæ, Gloriosæ Virginis, novum B. *Martini* altare, in honorem eorundem Sanctorum dedicatum, in capella veteri Ecclesiæ S. Mariæ Isenacens. dictæ situm, duxi dotandum cum redditibus annuis infra scriptis. Primò cum censu trium marcarum, quem habeo in prætorio oppidi *Cruzeborgk*, quem comparavi à Magistris Consulum & Consulibus ibidem: item cum censu dimidiæ marcæ, quem comparavi à relicta quondam *Alberti Becken*, & suis heredibus ibidem in *Cruzeborgk*: item cum censu unius maldri frumenti *Esfurtensis* mensuræ, sito in *Bischopperoda*. Hos igitur census & redditus Ego *Kunradus* prædictus donavi & dono præfato altari & ejus prioribus pro tempore existentibus, cum jure & honore, quibus eos tenui hucusque & comparavi, secundum tenorem literarum super emtione hujusmodi censuum confectarum. Et cum hujusmodi emtiones sint sub forma reemtionis per me comparatæ, volo, ut, si qui eorundem censuum reemantur, quòd pecunia inde recepta iterum convertatur in similem pensionem, de consensu & consilio Decani & Capituli Ecclesiæ S. Mariæ supra dictæ. Et sic erit faciendum cum omnibus censibus supra scriptis, quotiescunque se obtulerit casus reemtionis. Item volo, quòd Decanus Ecclesiæ S. Mariæ prædictæ, quicumque pro tempore fuerit, hujusmodi altare, quoties ipsum vacare contigerit, conferat personæ habili, actu sacerdotali, vel quæ saltem infra annum, à tempore collationis, sanctus fiat sacerdos. Et quòd hujusmodi persona sit sub obedientia Decani, pro tempore existentis, & serviat dictæ Ecclesiæ in omni forma & modo, sicut alii Vicarii Ecclesiæ ejusmodi. In cujus rei testimonium sigillum meum duxi appendendum. Datum anno Domini Millesimo trecentesimo septuagesimo septimo XII. Kal. Septembr.

AC. MCCCLXXXI. in ipsa foundationis *Carthusia* Isenacens. confir- ^{1381.} matione tota Gens *Templimontana*, pro remedio animarum omnium, in ^{Carthusia} signis contribuit eleemosinas, quas Pater *Johannes*, Generalis Visitator Ordinis ^{confirmatio,} Carthusiani, humiliter & specialiter collaudat, & pro iis, nomine totius Ordinis, agit gratias. Confirmatio verò sic est:

In nomine Domini Amen. Cum ea, quæ geruntur in tempore, de facili evanescent cum eodem, & de gestis hominum etiam laudabilibus de facili emergit dubitatio, nisi causa memoriæ oblivio rerum posteritati auferatur. Hinc est, quòd Nos Fratres *Johannes Castorum* Prior & *Michael* Monachus, Domus Orti B. Mariæ prope *Pragam*, Ordinis Carthusiani, auctoritate Nobis commissâ per Venerabilem Priorem, Dominum *Johannem*, Priorem Monasterii S. *Bartholomæi de Trisulco*, ejusdem nostri Ordinis Generalem

(Bbb) 2

Visita-

Visitatorem; plenam habentem Capituli generalis ex Apostolica commissione potestatem, Visitatores Alamanniæ inferioris omnibus & singulis, ad quos præsentem perveniunt, præsentium tenore publicè profitemur, quòd novæ plantationis Domum *Vallis Sanctæ Elizabeth* prope *Ifenach*, per Priorem & Conventum Domus *S. Salvatoris* prope *Erphordiam* dicti nostri Ordinis, ad eandem, & honorem Dei Omnipotentis, *B. Mariæ, S. Johannis Baptiste, & B. Elizabeth*, omniumque Sanctorum, erectam & instauratam, præfatiq; Conventus divisionem, quantum ad sex personarum duntaxat sustentationem, ad datam novam foundationem dirigendarum, unà cum earum portionibus, præbendis, annuisque pensionibus, dictas personas concernentibus, & specialiter tot & tantum, prout in literis desuper editis & confectis de verbo ad verbum designantur, datæ sunt & deputantur - - - amplioribus quovis modo, ex causis veris & legitimis, Nos ad hæc monentibus, ratificavimus, approbavimus, confirmavimus, & dicto nostro Ordini incorporavimus, & præsentibus, auctoritate nostrâ prædictâ, Nobis in hac parte tradita, in Dei nomine ratificamus, approbamus, confirmamus & incorporamus. In cujus quidem confirmationis evidentiam & auctoritatem ampliolem sigilli nostri Conventus appensione præsentem literam duximus muniendam. Datum anno Domini MCCC LXXXI, feriâ sextâ post octavam corporis Christi.

1387.
unio inter
Carthu-
sian.
Hartmann.

Fuerat hæc hactenus dissensio inter Carthusianos nostros & Erphordenses, sed nunc AC. MCCC LXXXIII. ex utraque parte discussa & fraterna unio facta est. Rigidi erant Erphordenses in suo postulato, & nostri etiam tenaces. At *Hartmannus Templimontanus* ultrò citròque clanculùm operosus, animos ita disposuit, ut postea Visitatores Ordinis Generales ad suavem harmoniam eos reducerent.

Nos Fratres *Heinricus* & *Johannes* Domorum Colonia & Herbypoli Ord. Carthusiani Priores, Provinciæ Alemanniæ inferioris auctoritate Capituli Generalis Visitatores, notum facimus universis, & præcipuè personis Ord. Carthuf., Quòd cum mota quondam inter Domos *Erphordiensis* & *Ysnacensis*, dissensio penderet, seu dubitatio, dicentibus his, quòd illi non ex toto ipsis solverint, seu fecerint, ratione dimissionis, seu translationis eorum ab ipsis ex literis originalibus eis competentia, Ab his contraria allegantibus, quòd satis dederint & fecerint, nec restarent plura. Et hoc à Capitulo generali ex quadam speciali clausula cartæ cujusdam anni præsentibus commissum nobis sit discutiendum, convocatis Patribus hinc inde & auditis, discussimus in hunc modum. Videlicet, quòd postquam *Erphordenses* solverint, seu fecerint *Ysnacensibus* illa,

quæ

quæ ipsi per quandam petierunt schedulam, quæ & ipsi *Erphordenses* juxta informationem nostram solvere & facere promiserunt, ex tunc, prout ex nunc iidem *Ysnacenses* contenti stabunt. De cetero nunquam mobilia aliqua bona, aut immobilia, ab ipsis *Erphordensibus*, ratione dimissionis, seu translationis eorum, ullatenus petituri. Quodque ambæ partes gratitudò laudabant, atque ut filii obedientiæ libenter approbabant, - - - eos vinculo caritatis JESU Christi nectimus, ut quemadmodum hætenus ita & semper maneant, licet corpore divisi, spiritu tamen uniti fratres, invicem se juvantes, unanimes, & pro se orantes, ac si in una domo essent stantes. In cujus rei testimonium & robur perpetuum sub magna pœna significandum, sigilla, quibus communiter uti solemus, unà cum sigillis Domorum prædictarum sunt appensa. Et Nos Fratr. Convent. Prior. & ceteri Conventuales Domus *Erphord.* prædicta vera esse profitentes, datis jamque per Nos ipsis *Ysnacens.* aliquibus promittimus fideliter dare & facere illa, quæ ex schedula petitionis eorum danda restant & agenda; approbantes libenter & laudantes discussionem Patrum nostrorum Visitatorum prædictorum, nec non Vobis faventes in Christo ipsis *Ysnacens.* omnia, quæ eis dedimus hætenus & fecimus pro nobis & nostris, ut desideramus, libenter oraturis, quare & sigillum Domus nostræ, sigillum Patrum nostrorum præsentibus, in signum approbationis & testimonium, per Nos est appensum. Et Nos Frater *Germanus*, Prior & ceteri Conventuales Domus *S. Eliz. abeth Ysnacens.* approbantes libenter & laudantes discussionem Patrum nostrorum Visitatorum, grates referimus in Christo Patribus nostris & Fratribus *Erphord.* de omnibus bonis per eos - - - pro ipsis & suis, quemadmodum & ipsi pro nobis & nostris in vinculo caritatis JESU Christi unanimes cum eis, sicut Patres, Filii & fratres libenter oraturi. Quin tales nihilominus & omninò liberos & solutos proclamantes, ex tunc, quando nobis restantia ex schedula promissa solverint & fecerint, prout ex nunc de omnibus, quæ nobis ratione divisionis nostræ, seu translationis ab eis, ullatenus competebant, nihil ulterius unquam petituri. In signum cujus sigillum Domus nostræ, sigillum Patrum nostrorum, Visitatorum & ipsorum præsentibus per nos est appensum. Dat. anno Domini millesimo trecentesimo octogesimo tertio Sabbato Pii Urbani intra octavam Sacramenti.

AC. M c c c x c i. *Hartmannus*, Ecclesiæ Majoris in Halverstad Cano- 1391.
nicus, amatus ab omnibus ob humanitatem & beneficentiam. AC. M c c c c i. *Hartmann.*
Domina *Ermgard*, tempore *Rodolphi de Anhalt*, Episcopi in Halverstad, Præ- *Ermgard*,
lata Illustris Collegii *S. Servatii in Quitlenburg XXIV.*, instituit festum vi- 1401.
sitationis *S. Mariæ*, varia & pretiosa ornamenta Ecclesiæ dedit & cunctis
(Bbb) 3 bene-

1405. benefecit. (u) Obiit ibidem AC. MCCCCV. in octava Assumptionis B.
 1409. Mariæ. AC. MCCCCIX. obiit *Ursula*, nata Baronissa de *Plesse*, *Tiderici*,
Ursula & *Margretha* de *Hardenberg*, Filia, (vv) *Georgii*, Comitis de *Templimonte*,
 conjux. Eodem anno nascitur *Anna*, Filia *Alberti*, Comitis nostri, & *Margretha*,
Anna Baronissæ de *Cranchfeld*. Facta postea *Anna* Abbatissa in *Imenau*.
Albert Monumentum exstat in templo *Cappendorf*. (x) *Albertus* scilicet visitur
 flexis genibus, ocreatus, palliatus, & gladius, manibusque conjunctis
 orat, chirothecæ ejus de gladio dependent. E latere ejus eadem formâ ja-
Margaretha cet *Margretha* sua, manibusque conjunctis tenet rosarium. Ad pedes
 utriusque jacet *canis*. Suprà autem Dominus *JESUS* nudus est, cum corona
 spinea & flagello in manu. In uno latere Monumenti in clypeo & galea
 stat *grus*, ab altero latere in clypeo *leo niger*, in galea verò *tiara* rotunda. Cir-
 cumscriptio hæc est:

1410. ANNO DNI MCCCCX. DNUS ALBERT. BURCGRAVIUS DE
 KERCHBERG:

ANNO DNI MCCCCX. DNA MARGARETA KRANCHFELT
 EJUS UXOR.

1414. Circa hunc annum fortè *Margareta* hæc *Alberto* suo totum dominium in
Cranchfeld per pacta dotalitia contulit. (y) In literis protectorialibus, quas
 AC. MCCCCXIV. *Fridericus* & *Wilhelmus* Fratres ac *Fridericus* Junior,
 omnes

(u) antiquæ schedæ sic de ea: Frau *EMSAURD* von *Kirchberg* / eine fromme
 gottfürchtige Domina, so ihrem Stifft und andern frommen Leuten viel guts gethan.
 Sie sagte zum ersten ein festum visitationis *Mariæ* von den Güttern zu *Nieder* / das ist /
 von den anderthalben Hufen Lands und *Ackerhose* daiselbst / gab auch eine gebräuchli-
 che *Mark* zu ihrer Memorie jährlich zu halten / die kaufte sie von der *Wähle* un-
 ter dem *Schlaffhaus*. Item: Sie gab auch ein gewirktes reines und köstliches
Ruggelacken. Gab auch zu dem Bau des *Münsters* 45. *Mark* / auch 24. *Flo-*
ren ad ornamenta *S. Servatii*. Item: *Zwey* Ringe mit *zweyen* *Sapphiren* / auch
 eine grüne *Esel* mit *Gold* durchgezogen / mit sechs *Alben* / auch gab sie einen
 herrlichen schönen *Vorhang* von *Perlen* und *Gold* / mit einer köstlichen *Leisten*
 desgleichen auch *M. H. ngs* Formen zu gebrauchen den *Fräuchen* mit einem *Teut-*
schen *Passional*. Auch gab Sie eine *Hevemutter* in *Silber* gefast zu gemeinem *Ge-*
brauch / ließ auch *wiederbauen* das eine *Thell* des neuen *Münsters* / gab auch
 ein *Kleinot* von *Gold* / wie ein *Herk* formirt / darin *Hellgthum* gestochen ist / und
 hängt an *S. Dionysii* *Daumen* mit einer *göldnen* *Ketten*. Gab auch in *Epor* ein
 wohlgeschriebenes *Buch* / nemlich ein *gut* *Gradual* *Buch* / Item: einen *Sard*
 von *Helffenstein* / und beschlagen von ihren *Kleinodien* / das ist / ihren *silbernen*
Bechern / und von dem *Holz* / so in *Silber* gefast war. (vv) quod nescit *Bucc-*
lin. in *Genealog. Germ.* notit. p. 149. (x) monumentum hoc vivo adhuc *Alberto*
 positum est. Nam anno 1414. testis inter reperitur. (y) Vid. *Kensische* *Stammtafel*
 p. 315.

omnes Landgrafi Carthusiæ in Isnaco dabant, inter *Nobiles & Strenuos* te- *Albert.*
 stes etiam hic *Albertus* est. (z) AC. Mccccxix. matrimonio sibi co- 1419.
 pulavit *Heinricus*, Senior *Reus* de *Playven*, *Irmegardem*, *Alberti* II. Com- *Irmegard.*
 tis nostri filiam. Eodem annò Idem *Albertus* *Friderico* Comiti de *Beych-* *Albert.*
lingen mutuam dedit magnum argenti pondus. Præs pro hoc factus
 est Dominus *Prez* de *Querfort*. (a) AC. Mccccxxiii. *Albertus* 1423.
 calicem planè aureum dedit *S. Catharine* in Isnaco. AC. Mccccxxvii. 1427.
Albertus, *Otonis* Senioris nepos, pro insigni habuit in albo clypeo ni-
 grum leonem cum cauda variè intorta. (b) In galea verò pennas albas &
atras alternatim. (c) AC. Mccccxxv. *Tidericus* & *Hartmannus* pro 1435.
 insigni habuere tres nigras trabes. Fortè hoc pervetustum insigne Co- *Tideric. &*
 mitum nostrorum est. Num *nigrum leonem* propter Burggrafiatum ge- *Hartman.*
 stârunt? AC. Mccccxxvii. *Tidericus*, *Alberti* II. Filius, receptus 1437.
 est à Fratibus in *Reynartsborn* in fraternitatem monasticam. AC.
 Mccccxxxix. frater ejus *Hartmannus* ivit in Angliam. AC. Mcccc. 1439.
Anna Abbatissa in *Imenau*, laudabilis Mater, utiliter præfuit. Eodem 1450.
 anno captus est junior *Templimontanus* in obsidione *Gerana*, & ductus est *Anna*,
 in Bohemiam. (d) AC. Mccccli. obiit *Hartmann*. Erat Dominus in 1451.
Altenberg & *Salenhorst*. (e) Uxor ejus *Sabina*, Comitissa de *Gleichen*, ex *Hartman,*
 qua genuit *Georgium* nostrum. Eodem anno *Heinricus* Junior *Reus* de *Georg.*
Playven unam partem superioris domini *Cranchfeld* (f) à *Tiderico* *Templi-*
montano emit, quia hic bello valde attritus & depauperatus fuerat. AC.
 Mcccclii. Idem *Heinricus* *Reus* ab eodem *Tiderico* (g) Comite al- 1453.
 teram partem *Cranchfeld*, cum consensu Filii hujus *Alberti*, emit. (h)
 AC. Mcccclvii. *Heinricus* *Reus*, Dominus de *Playven* Junior, fit Com- 1457.
 mendator in *Elbingen*, & postea *Memelia* in *Borussia*. Erat *Heinrici* *Reus* *Heinr. Reus,*
 ex *Irmengarde* de *Kerchberg* natus. AC. Mcccclix. Eadem *Irmengard*, *Irmengard,*
 mortuo marito, dicta est *vetus Domina* de *Reus*, & *Domina* in *Wey-* 1459.
da. Fecerat conjugii, liberis, parentibus, imò toti familiæ *Templi-*
montane & *Reussica* anniversarium in monasterio *Myltenfurt*. AC.
 Mcccclixii. *Hartmannus* II. *Farnrodam*, seu *Pfarnrodam*, jure perpetuo 1462.
 emit *Hartman.*

(z) vid. literas in appendice, (a) Vid. Chron. Querfurt. Spangenberg. L. IV. c. 49. p. 412.
 (b) mit einem gedrückten Schwanz / (c) eine zwiefache Schelbe von Schwanz und weis-
 sen Federn wechselweis / (d) Vid. Zach. Rivand. chr. Thuring. p. 475. Bang. chr.
 Thur. p. 162. seq. Neupfische Stammtafel p. 504. Peccenstein. Theat. Saxon. c. 18.
 p. 276. (e) Altenberga hæcerat inter Calam & Rotessteinium. Rittershus. scribit Sauen-
 horst, (f) Mirum, quòd nihil unquam de insignibus *Kranchfeldicis* usurpârunt No-
 stri, (g) non nemo *Tidericum* hunc cum *Theodorico*, *Sattapa* *Farnrodano*, ejus
Brotter, meminit L. IV. Antiqu. Fuld. p. 339. confundit. At hic è nobili *Gen-
 tē* *Farnrodana* fuit, quæ nunc extincta est. (h) Vid. Neupfische Stammtafel p. 309.
 & 311.

1464. *Lud. de Gleich.* emit à Kersten de Kendel, Nobile Hasso; & hic primùm se scripsit Dominum in Farnroda, quæ nunc Comitum residentia est. AC. MCCCCLXIV. Ludovicus, Comes de Gleichen, bigamus iste, moritur. Sed cum historia ejus in ore omnis plebis sit, nolo eam hîc repetere. AC. MCCCCLXV.
1465. *Albert. IV.* Albertus IV. cum Heinricho Juniore à Reus de Playven, & Comite Errvino de Gleichen in Galliam abiit, abhinc in Arragoniam & Siciliam, tunc in Castiliam & Galliciam, tandem ad tumulum S. Jacobi. Post quadriennium omnes salvi reversi & cum gaudio suorum. AC. MCCCCLXVII. fiebat
1467. *Henr. Reus,* modò dictus Heinrichus de Reus Gubernator in Regio Borussiae monte & Magister Ordinis Teutonici. Frater verò ejus Heinrichus Decanus Ecclesie Moguntinae. (i) AC. MCCCCLXX. Comes Wolfgang duxit Regiam, Christophori Ernesti, Baronis & Dynastæ de Hohenfeld filiam. (k) Eodem anno moritur Albertus III. Tiderici Filius. Tidericus, Dominus in Cranchfeld & Altenberg, Alberti II. Filius, genuerat filiam Margretham, quæ Monialis facta est in Rohden. AC. MCCCCLXXXII. Anna, Tiderici Filia, Præposita in Quitzenburg. Magnus, Georgii nostri Filius, eodem annò moritur. (l) AC. MCCCCLXXXIV. Hartmannus in Erphord studiis incubuit diligentissimè, factus Academiae Rector Magnificentissimus. Abhinc venit Moguntiam, factus ibi Canonicus, & J. U. D. summa cum laude (m) Doctissimus enim erat, quasi studiis panem suum quotidianum promerere debuisset. (n) AC. MCCCCLXXXIX. mortuus dicitur Comes Templimontanus, sed ignoro nomen ejus, nec puto, quòd è nostratibus fuerit. (o) AC. MCCCXCXV. obit Albertus IV. vix in patriam reversus cum Errvino de Gleichen, nondum conjugatus. AC. MCCCXCXVIII. Hartmannus noster lites inter Wilhelmum, Hassia Landgrafium, & Principem Wilhelmum de Hennenberg, propter civitatem & Præfecturam Smalcalden, composuit. (p) AC. MDI. factus est Hartmannus Assessor Imperialis Camerae Spirensis. (q) AC. MDIII. Cappendorf pro octo millibus floren., quos Heinrichus Keller, primarius Contul in Erphord, accepit, venditum est Domui Saxonicae. (r) Raymundus, Cardinalis & Episcopus Gurcensis, Legatus Apostolicus, ad instantiam Comitris

(i) L. c. p. 300. & 307. (k) fortè non è nostris fuerit, (l) erat puernulus adhuc, (m) Vid. Kirchner. de Off. & dignit. Cancellar. c. 3. no. 67. (n) Brovvero L. IV. Ant. Fuld. p. 331. est juris humani juxta ac divini consultissimus Vir. Et: eloquentiae doctrinaeque famam juris utriusque supremos honores adiit Kirchner l. c. & Brovver l. 2. Hic studium Juris juvenili ætate colebat, unde & Doctoris nomen honore tulit. Fabric. in Glor. Fuld. (o) Vid. Reusner. Isagog. hist. p. 626. (p) Vid. Fabric. Glor. Fuld. p. 171. & Spangenberg. chron. Henneb. L. V. c. 44. p. 251. (q) non Præses, qui error P. I. Zeisfürß. Lust edit. prim. p. 438. postea in secunda editione ejusdem Partis à me correctus est, (r) Conf. Albia. chr. Miso. tit. XVI. p. 206. Binhart. chr. Thur. L. II. p. 264.

Comitis *Hartmanni*, tunc adhuc Ecclesie Moguntinae Canonici, parochiali Ecclesie *S. Laurentii in Farnroda* hanc dedit licentiam, ut ^{templum} singulis festis *B. V.* aliisque principalibus, singulis quoque quintis fe- ^{S. Laurent.} riis aut aliis, tam feriatis, quam Dominicis, vel festivis anni diebus, quibus solennem processionem ordinari contingat, Venerabile Eucharistiae Sacramentum in ejus monstrantia aperte cum luminaribus, aliisque solennitatibus consuetis, per Ecclesiae circuitum processionaliter circum- eundo deferatur, aut dum Missarum solennia de corpore Domini nostri *JESU Christi* in eadem Ecclesia decantari contingat, ad altare hujusmodi exponatur, & inibi usque ad finem divini officii detineatur. His omni- bus adjecit largissimas indulgentias, ut plenius haberetur in bulla desuper data in Brunsvvige Non. Mart. (s) AC. MDVII. *Johannes*, Archi-Episcopi 1507. Moguntini *Jacobi* Generalis Vicarius in Pontificalibus, novam capel- ^{capella S.} lam cum altari in monte *S. Gereonis Farnroda* consecravit, ei que indul- ^{Gereon.} gentias amplas concessit, teste bulla cum subscriptione *G. Bone- wilchs*. (t) Hic *Hartmannus* noster erat praedicti *Raymundi* Consiliarius ^{Hartman.} & familiaris, facundus, prudens, & in omnibus rebus valde circum- spectus ac expeditus. (u) A *Maximiliano* Imperatore in Poloniam missus, ut dissidia inter Regem & Magistrum Ordinis Teutonici in Bo- russia decideret & componeret. Cum vero *Johannes*, Princeps de *Hennenberg*, Abbas *Fuldensis*, ob senium & vires deminutas, ponderi, quod hactenus portaverat, non par amplius esset, Coadjutorem elegit *Hart- mannum* AC. MDVIII. (vv) Sequenti anno profectus est ad Au- 1508. lam Caesaris pro impetrandis Regalibus suis, inde Romam. Illic in 1509. tanta erat auctoritate, ut etiam Arbitrarius constitueretur litis inter *Wilhel- mum* & *Ernestum* de *Brannstein*. Consecratus fuit a Suffraganeo Mo- guntino, assistentibus *Vollrato Riedesel* de *Bellersheim* & *Christiano*. Ille Abbas erat in *Hersfeld*, hic autem in *Schlüchter*. (x) AC. MDXIII. Ab- 1513. bacia *Hersfeldensis* cum *Fuldensi* unita est, (y) & ita *Hartmannus* Abbas utriusque, Princeps cum duplici titulo, nec non Archi-Cancellarius Augustae, & per Germaniam ac Galliam Primas. Dum eodem anno in *Huysburg* eram, lis & processus fuit ob decimam in *Eylstorp*, quam tan- to labore acquisiverat Avunculus meus Monasterio suo, sed pro omni la-
(Ccc) bore

(s) integram dabimus in appendice, (t) uti hanc, (u) de jure tam accurate disertèq; respondebat, ut *Raymundus* Cardinalis opinione scientiae & probitatis inter fami- liares cooptatum maximis consiliis eum adhiberet, *Brovver*, l. c. (vv) nobilem Thu- ringum, id. l. a. (x) Vide fufius de *Bo Brovver*, & *fabric*, l. c. (y) causam tibi dicit *Id. Brovver*, l. c.

1518.
Sigmund.

bore injurijs & molestias reportavit. (z) AC. MDXVIII. *Sigmundus, Georgii nostri Filius*, duxit, ex speciali dispensatione Apostolica, *Heinrici Junioris Reus & Domini in Cranchfeld filiam Margaretham.* (a)

APPENDIX

EXHIBET ALIQVOT LITERAS ET BULLAS, HISTORIAM HANC ILLŪSTRANTES ET CONFIRMANTES.

I.

STATUTA WERNERI MONASTICA. 1280.

Mandat igitur Wernerus

- (1) I. **U**T scholares claustrales, qui, ipsius voce, *emancipandi*, i. e. manumittendi, seu ad sublimiora studia deducendi, & DEO ac Ecclesiæ sacrandi sunt, stans tribus horis, mane, meridie & vesperi, orationibus confvetis intersint, nec non cantionibus quinque psalmodum gradualium, primi semper in ordine.
- (2) II. In convivio, seu refectorio frequenter, non tamen semper, comedant, ut mores & disciplinam monasticam addiscant, sacrisque lectionibus ubique attendant, finitæque cœnæ, seu prandio, more sveto Psalm. LI. *Miserere mei DEUS* &c. cum ceteris scholaribus (qui adhuc sub ferula gemunt) decantent, sicque ad chorum procedant.
- (3) III. Privatjs diebus stent cum Monachis ad pulpitem in templo: per hebdomadam, cuique à Superiori assignatam, quilibet pulset campanas, nec minus

(z) Meminit hujus decimæ chron. Huysburg. à Meibom. edit. T. II. rer. Germ. p. 539. sed perperam vocat Ecstorp. Ceterum cum in isto chronico facta Hermannii parcius referantur, supplebimus ea è fastis monasticis. Hermannus Eicken, de Unna promorus anno 1506. Cisternam secundam circa liguram in horto fieri fecit, & domum lotionis ibidem, & etiam refectorium laicorum, per Antecessorem suum & incendia illius regimnis facta, complevit & restauravit honorifice, tabulam ad S. Catharinam & S. Andream fieri fecit, organum pro 250. florenis monasterio nostro procuravit anno 1512. Planationem lapidum Ecclesiæ nostræ fundamenti fieri fecit. Ornamenta, scilicet cappam choralem, cum duabus dalmaticis, pretiosa tam aurea quam argentea, pro aliquot centum florenis emit. Monasterium in Hertzfeld, Diœces. Bremensis, cum Fratribus bonis reformavit anno 1509. missis illuc Abbate, Priore & alijs religiosis. Duas majores campanas transfundi jussit. Insuper locavit apud Consularum in Goslaria 600. florenis. Ecclesiam de novo texit, cum pluteis novis & lapidibus scissilibus, & pavementum de calce in eadem superius fieri fecit: comparavit etiam decimam Eilstorpiensem. Ne nescias autem, Lector, quàm justè istam decimam Hermannus monasterio suo acquisiverit, ex annal. meis Huysburg. MS. integras literas promam. Vid. append. (a) in ead. dabitur dispensationis formulam.